



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 54. Novi tumultus ex Juliacensis Ducis obitu exorti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. Bohemorum tumultu Viennæ commo-  
A. C. 1609. ratus fuisset: En præclarum Luther-  
næ mansuetudinis specimen! sed atro-  
ciora paulopost audiemus.

## S. LIV.

*Novi Tumultus ex Juliacensis Dni  
obitu exorti.*

*Merc. annal.  
tom. 6. l. 3.  
Julii Mont.  
discurs. de  
success. Jul.  
Investit.  
Carol. V.  
ann. 1543.* **D**um hæc interim in Bohemia gene-  
bantur, nova dissidiorum fementis  
exstitit mors Joannis Guilielmi Julia-  
cenis Ducis, qui sine prole mascula die  
vigesima quinta Martii sexennio major  
septuagenario extinctus est. Frequen-  
rat de successione contendentium num-  
rus, ex quibus affinitatis jure proximio-  
res, caussa etiam eminere videbantur,  
Wolfgangus Neoburgi Dux & Joannes  
Sigismundus Elector Brandenburgicus;  
cum enim Cæsareæ investituræ legibus  
cautum esset, ut deficentibus masculis  
conjugis Filiæ, iis vero mortuis super-  
stites hæredes masculi succederent, &  
Neoburgicus ex secundo genita Guiliel-  
mi Ducis filia adhuc superstite, Bran-  
deburgicus vero ex primogenita, sed  
jam defuncta natus esset, ceteri autem  
Competitores, Gonzaga Nivernius, &  
Joannes Bipontinus Duces, Henricus  
Bullionensis, Ernestus de Manderscheid  
necnon Burgoviæ Marchio vel nonni-  
remo-

remotiores ex sororibus defuncti Du- Sæc. XVII.  
cis Nepotes essent, vel duntaxat a- A.C. 1609.  
gnationis jus allegarent, hinc primo  
Brandenburgici Legatus harum regio-  
num possessionem accepit, postea Neo-  
burgicus die quinta Aprilis advolans,  
eum se jam præventum cerneret, in  
arce Benradia substitut, donec juris  
via in quodam conventu controversia  
dirimeretur, interim vero jus suum e-  
dito diplomate prosecutus est. Ex ad-  
verso Saxoniæ Elector hunc Ducatum  
sibi a Friderico & Maximiliano Impe-  
ratoribus propter expensas in bello Hun-  
garico & Flandrico factas donatum asse-  
rebat. Hæc omnia, cum controversi  
essent juris, ad Rudolphum Imperato-  
rem spectabat, feudorum possessionem  
tamdiu detinere, donec discussa caussa de  
certo jure decisum fuisset: eapropter hic  
missis ad Consiliarios Juliacenses literis,  
ut cum relicta defuncti Ducis Vidua  
Rempublicam administrarent, neutram-  
que partem in possessionem ante certi  
juris cognitionem admitterent, serio  
imperabat, publicato etiam die deci-  
ma quarta Maji edicto, quo omnes, ut a  
vi abstinerent, hortatus, eos, quibus ad  
Ducatum jus competeret, ad Judicium  
Aulicam vocabat. Hanc in rem Cæsar  
Leopoldum Ferdinandi II. Fratrem Ar-  
chiducem, Argentinensem & Passavien-  
sem

Sæc. XVII. sem Episcopum tanquam Cæsaris Pro-  
A. C. 1609. curatorem Julianum decrevit, qui us-  
que dum controversia componeretur, sequestrum ageret: Verum Acatholici  
Principes, qui se *Correspondentes* nomi-  
nabant, nec Cæsari, nec ejus Delegato  
Leopoldo Archiduci quicquam defen-  
bant, sed suæ sectæ Principes præter  
juris Ordinem, & Cæsaris mandata ad  
Ducatus possessionem admitti postula-  
bant. Horum igitur subsidio suffulti  
Neoburgensis ac Brandenburgicus, qui-  
libet pro parte sua Ducatum invasere,  
ac Leopoldum hostili manu aggredi, il-  
lumque ex parte ditionis, atque ex ipsa  
arce Julianensi, nomine Cæsaris reten-  
ta, ejicere præsumperunt: quinimo  
Brandenburgici & Neoburgenses, per-  
inde acsi ipsis solis certum jus patroci-  
naretur, de componendo inter se hoc  
negotio Homburgi, arbitro Mauritio  
Hassiae Duce, egerunt, dumque nihil  
proficerent, novum Conventum Tre-  
moniæ die trigesima prima Maji celebra-  
runt, ubi inter eos die vigesima Junii  
decretum, ut communi nomine inte-  
rim hanc ditionem administrarent, sub-  
ditisque in fidein acceptis omnia com-  
muni consilio, usque dum omnis con-  
troversia fuisset decisa, agerent, salvo  
tamen reliquorum contendentium jure.  
His ita constitutis Principes Düsseldorf

plum

pium profecti in urbem, civium militum- Sæc. XVII.  
que auro corruptorum opera, intromitti A. C. 1609.

sunt, Provinciæ comitia postmodum  
Düsseldorf celebratur: reclamabant  
veteres Consiliarii, obliuctabatur etiam  
Cæsar, prævaluit tamen debiti obsequii  
legibus præfracta dominandi libido:  
Nihilominus Imperator, ne suo deesset  
muneri, die decima tertia Julii edictum  
affigi jussit, quo rursus Leopoldum Cæ-  
fareæ Majestatis, ut vocant, Commis-  
sarium declarans, privatam, violentam-  
que Ducatus possessionem cunctis Com-  
petitoribus inhibuit: attamen Neobur-  
gensis ac Brandenburgicus decima die  
Menphis Augusti datis ad Cæsarem lite-  
ris ab omnibus sub Cæsareæ Commis-  
sionis obtenu. attentandis ad Electo-  
rum & Imperii Principum tribunal pro-  
vocabant, pro more suo verbis conte-  
stantes, quod nullum jus Cæsareæ Ma-  
jestati præripere, vel quicquam ad de-  
spectum vel imminutionem auctoritatis  
suae attentare, Juliacensis ditionis inva-  
sione intendant, postulent tamen, ut Cæ-  
sar edicta adversus eorum jus affixa revo-  
care, ipsosque in possessione conservare,  
reliquis vero Competitoribus indicta  
mulcta, perpetuoque silentio, mandare  
velit, ut se tranquillos usque ad litis  
finem contineant. Ea agendi ratio ni-  
mium audax videbatur, ut eam omnino  
dissi-

Sæc. XVII. dissimulare posset Leopoldus Archidux,  
A. C. 1609. qui mox promulgato edicto ad horum  
provocationem respondens, jus Cæsaris  
utpote supremi Judicis ac feudi Domini  
graviter læsum gaerebatur, præcipue  
cum Cæsar jam ante Ducis obitum ad  
ipsius, ejusque Patris preces hujus Du-  
catus curam, & administrationem ge-  
fissem, consentientibus omnium Ordin-  
num Statibus, proin nupera hæc Du-  
catus, utpote nullo modo vacantis, po-  
fessio violentæ usurpationis crimen re-  
dolet, aliunde vero communis juris  
essem, ut ubi inter diversos hæredes al-  
ter alterum excludere nititur, judex  
Ordinarius, nedum Majestas Cæsarea  
propter metum armorum & futuri tu-  
multus, possessionem ex officio deneget,  
donec in judicio lis definiatur: Verum  
insuperhabitibus his præter Brandenburgi-  
cum Neoburgicus assumpto Solmendi  
Comite loca fere omnia Juliacensis Du-  
catus perlustrat, sumptoque a subditis  
fidelitatis sacramento possessionem adit,  
Belgarum foederatorum ope, neconon  
Franciæ Regis promisso suffultus. Hic  
enim Brandenburgici & Neoburgensis  
Oratoribus, qui ineunte Mense Septem-  
bri in Franciam profecti sunt, promis-  
sum utrique militum numerum auxit,  
exercitumque ad Geldriæ fines urgente  
ita necessitate destinatum tenuit. Vi-  
cillum

cissim vero Leopoldus facta exercitus Sæc. XVII.  
sui recensione die vigesima Octobris A. C. 1609.  
quamplurimos Pistores ac Zythebas  
unacum molendinis ad necessariæ susten-  
tationis commodum in urbem introdu-  
xit, arcemque validis munitionibus fir-  
mavit, & Brendenbendiam in potesta-  
tem suam accipiens præsidio validissi-  
mo munivit, militemque a Cognato suo  
Alberto Archiduce in Brabantia & alibi  
dimissum conscripsit.

§. LV.

*Bellicus utrinque apparatus pro ju-  
rium defensione.*

Haud seigniores erant ambo Principes,  
qui pariter habitu militum suorum  
delectu aliquos quidem trajecto Rheno,  
alios alibi in Juliensem ditionem in-  
vexerunt, ac deliberatione cum Cliviæ  
& Juliaci Ministris habita armis fese &  
militibus, quantum per angustam tem-  
poris moram licuit, instruxerunt, nec-  
non munitiones finitimas, pagosque  
& transitus obsedere, promulgato e-  
dicto, vi cuius Ecclesiasticis quidem,  
ne Leopoldo quicquam subsidii con-  
ferrent, reliquis vero, ne se a Leopoldi  
mandatis deterrei paterentur, impe-  
rabant: Huic edicto aliud recta opposi-  
tum Cæsar die vigesima prima Octobris  
pro-